

- c.22 10. Precipit auctoritas canonum, ut^c excommunicati et *qui in puplica^d poenitentia sunt constituti*, id est foris aeccl^s²⁴, nullatenus alios ad baptizandum et confirmandum teneant.
- c.22 11. *Omnes Christiani a minimo usque ad maximum oracionem dominicam et symbolum firmiter teneant, quia in his fundamentum fidei Christiane consistit; nec ullus a fonte baptismatis alium suscipiat nec coram episcopo ad confirmandum teneat, nisi hec memoriter tenuerit, ut illis, quos a fonte suscipit, possit haec^h insinuare.*
- c.23 12. *Ad confirmandum deducant infantes suos parentes quam citissime post baptismum, antequam sciant peccare aut sordibus vitiorum inquinentur, scientes per hoc donum perfectionem totius christianitatis eos^k accipere et septiformem spiritum plenitudinis gratie capere. Et ideo sine eo periculosum est ab hac luce migrare. Confirmati vero usque in diem septimum ipsam sancti crismatis unctionem^l cum bindis desuper ligatis in frontibus portent neque alicui pollutioni aut luxurie vel venationi se maculent. Ipsas vero bindas aut ad usus similes servant aut igni tradant.*
- c.25 13. *Secundum auctoritatem canonum omnes fideles debent communicare natale domini, pascha, pentecosten^m, quia, quisquis secularium in his tribus festivitibus non communicaverit, catholicus esse non creditur. Ad altare²⁵ communicet sacerdos, diaconus, supdiaconus, acolitus; in chorum clerus; extra chorum populus.*
- c.26 14. *Provideat presbiter studiose, quatinus nullus sit de parochianis suis, cuius confessionem non suscipiat. De his vero, qui in aliquibus versantur parochiis propter praedia, que habent in locis plurimis, interrogetur a vicinis, si confessionem acceperunt. Cogantur vero, si confessiⁿ non sunt, qui anathematis^o; et dicatur illis, quod psalmista canit: Revela²⁶ domino viam tuam; et iterum: Confitemini²⁷ domino quoniam bonus est. Et beatus Augustinus in libris confessionum²⁸ dicit: Omnia in confessione lavantur. Communio vendanda est non confessis.*

c) fehlt Hs. d) aus pluplica verbessert Hs. e) neco Hs. f) vor illis aufgrund schadhaften Pergamentes freier Raum. g) posit Hs. h) zwischen haec und insinuare Mittelteil der Zeile freigelassen; vgl. oben c. 7, Schlußwort. i) christianitatis Hs. k) fehlt Hs. l) fehlt Hs.; ergänzt in Anlehnung an den Text der Vorlage. m) pentecostent Hs. n) aus confessio verbessert Hs. o) aus anathematis verbessert Hs.; ergänze sunt.

²⁴) Vgl. unten Anm. 29 zu c. 15.

²⁵) Nicht identifiziert.

²⁶) Ps. 36, 5.

²⁷) Ps. 105, 1.

²⁸) Nicht identifiziert; nicht den Libri confessionum entnommen.